

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

XXIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

odoratus Dominus placabile eorum sacrificium, gratia sue nobis indulget beneficium: Qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Translationem hanc quidam factam annoverunt, Anno salutis octingentesimo octogesimoprimo, aut circiter, cum Normannorum Reges Godefridus & Sigefridus Traiectum, Leodium, Tungros, Coloniam Agrippinam, Bonnam, Aquilgranum & palatum, Monasterium quoque S. Trudonis, Stabulensem, Malmundariense, Prumiense, multaque alia loca inflammaverunt. Vide praeferat Chronicon Sigeberti Anno Domini 882.

DE S. CHRYSOGONO videat Lector infra Historiam S. Anastasie, die 25. Decembris, in principio.

ITEM DE CRESCENTIANO martyre, videat historiam S. Marcelli Papae, 16. Ianuarij circa medium, habetur Tomo primo.

CERTAMEN SANCTI MARTYRIS MERCVRII, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE,
vt habetur quinto tomo Aloysij.

IMPERANTE illo tempore Decio & Valeriano in magna urbe Roma iij cōmuni decreto statuerunt, vt omnes sacrificarent & diis libarent. Conuocato ergo toto Senatu, ei exposuerunt, quæ communi consensu à se decreta fuerant: & cum eos inuenissent suæ assentiri sententia, magna affecti sunt letitia. Statim ergo literis imperatoris cum subscriptione Senatus, iussuerunt ea exponi, quæ communiter eis visa fuerant, & proponi in Capitolio, quarum hoc est exemplum:

Imperatores triumphatores, victores, Augusti, pii, De- Impia de-
cūs & Valerianus simul cum Senatu hęc communi con- creta Imper-
filio: Cū deorum beneficia & munera didicerimus, & simul etiam fruamur victoria, quæ nobis ab ipsis data est aduersus inimicos: quinetiam aëris temperatione, & omne genus fructuum abundantia. Cū eos ergo didicerimus esse benefactores, & ea suppeditare, quæ sunt in commune utilia: ea de causa vno decreto decernimus, vt omnis conditio liberorum & seruorum, militum & priuatorum, diis expiantia offereant sacrificia, procidentes & supplicantes. Si quis autem voluerit diuinum nostrum iussum violare, qui communi sententia est à nobis expositus, cum iubemus conjici in vincula: deinde varijs tormentis subiici. & si sic quidem fuerit persuasus, non leues à nobis honores consequetur. Sin autem contradixerit, post multa tormenta, ens subiicit supplicium: aut in mari profundum iaciatur: aut aubus & canibus dabatur deorandum: præcipue vero, si fuerint inueniti aliqui ex religione Christianorum. Qui autem diuinis nostris decretis obedierint, maximos honores & dona consequentur. Valete felicissime.

Proposito ergo edito imperatorio, conturbata fuit tota ciuitas, quod in tota ciuitate fuisse propositum in pium hoc editum. Accidit autem, vt cum illo tempore bellum fuisse à barbaris motum aduersus Romanos, pararent Imperatores suum exercitum, vt acie cum eis configerent, iubentes numeris militum, qui erant in omnibus ciuitatibus, vt venirent in auxilium. Ex ijs autem, qui ab unaquaque ciuitate & regione veniebant ad hunc belli apparatum, venit etiam legio eorum, qui dicebantur Martenses, qui sunt sub prima Armenia, sub tribuno nomine Saturnino. Egregiente autem ad bellum Decio, degebat Roma Valerianus. Comisso vero inter Romanos & barbaros prælio, duravit conflictus longo tempore. Permanentibus autem ijs in illa congressione, apparuit visio cuidam ex legione Martensium, qui sunt sub prima Armenia, nomine Mercurio: apparuit, inquam, vir quidam ingentis magnitudinis, induitus albis vestibus, in dextera manu tenens rhompheam, & ei dicens:

Fff Nē

Nouebr. 24.
vel 15. vt ha-
bitatoria,
nisi mendu-
citur libraij,
Cap. 4.

Legio Mar-
tensium.

Visio offer-
tur Merku-
rio.

Rius

VIII.

Nè timcas, nec formides: Sum enim missus, ut tibi opem feram, & te reddam victoriam. Accipe ergo hanc rhompheam, & irruere in barbaros: & cum viceris, nè obliuiscaris Domini Dei tui. Ille autem, ut qui à se discessisset, existimabat esse unum ex principibus Imperatoris. Quam cum accepisset, & se incitasset, imperium fecit in barbaros: ijsque fractis, eorum Regem occidit, & multos alios, adeò ut defensum esset ei brachium, & ex sanguine eius manu adhæreret rhomphaea. Sicque fusi & fugati sunt barbari à Romanis.

Cap. 3.
Mercurius
cæsis hosti-
bus fit dux
exercitus.

Iterium An-
gelus ci-
pater.

Rom. 2.

Conuersio-
cias.

Cap. 4.

Accusatur
apud Deci-
um à Cau-
lo consulari.

Decius ei
no credit.

Cap. 5.

I phef. 4.

Job 1.

Cap. 6.

Tunc Decius cum resciuissest singulare eius certamen, eum accersitum donauit dignitate ductoris exercitus, constituens ut præcesset castris: & arbitratus Decius se deorum prouidentia à bello suisuperiore, valde lætabatur: & cum militibus multum erogasset pecunia, vnumquaque misit in locum suum: ipse autem ingrediebatur namquamque ciuitatem, magna faciebat coniuia, Romam proficisciens. Vnatenote cùm dormiret dux exercitus, ad eum accedit Angelus in prima, in qua apparuerat, figura: & puncto eius latere, eum excitauit. Ille vero cùm eum vidisse, timore affectus, mansit mutus. Dicit ei Angelus: Mercuri, memento quid tibi dixi in confliktu prælii: vide nè obliuiscaris Domini Dei tui. Oportet enim te per ipso certare legitimè, & coronam victoriae accipere in glorioso regno cum sanctis omnibus. Hæc cùm dixisset, evanuit Angelus. Ille autem cùm ad se rediisset, & esse recordatus, Deo egit gratias. Sciebat enim à maioribus fidem Christianorum. Nam pater eius Gordianus, cùm esset primicerius eius legionis, sèpè dicebat: Beatus ch. qui Regi cælesti militat, ei enim donat regnum calorum. Ille enim Rex verbo omnia est fabricatus: & ille est, qui est viuos & mortuos iudicaturus, & vnicuique redditum secundum sua opera. Cùm ad se ergo rediisset, & patris verbos meminisset, & considerasset visionem, qua sibi apparuerat, compunctus à sancto spiritu, coepit cum lacrymis confiteri & dicere: Hei mihi peccatori, quod cùm essem ramus germinantis arboris, exarui non habens radicem Dei cognitionis.

Dum ipse autem hæc diceret, missus est ab Imperatore silentarius cum plurimis alijs, ut eum vocarent ad Imperatorem. Cùm is verò se excusasset, Imperator diffulit concilium. Dic autem sequenti eum russus accersit Imperator, ut veniret cum eo, quo par est, honore. Cùm is autem accessisset, dimisso iam concilio, dicit ei Imperator: Eamus simul in templum Diana, & offeramus ei sacrificium. Sandus verò se reprimens, iuit in suum Prætorium. Quidam autem ex proceribus cum accusat apud Imperatorem, dicens: Pj triumphator & viator, à dijs probate, vt administris imperii, dignare placide me audire. Qui à vestra imperatoria est honoratus dextera, & cui gloria fuit tributa à vestro imperio, quod res Romanorum placide & tranquille administrat, is non fuit nobiscum in templo magnæ Diana, sacrificium oblatum pro vestra potentia. Dixit Imperator: Quis hic est? Dixit Catulus consularis: Mercurius, quem magnificisti & ornasti diuersis dignitatibus. Is alios quoquè euerit, nè deos colant: exutus autem vobis ostendet eum ad vos responso. Dixit Decius: Aliqua fortasē in eum motus inuidia, hæc in eum locutus es: sed te non audiam, nisi eo presente vera cognouero. fide autem digniores iudicabo testimonij oculos, quād amores. Tace ergo, & cum eo nullum verbum loquere: & si calumniandi quādem animo vsus in eum hæc dixeris, non leue dabis supplicium. Sin autem vera appauerint ea, quæ à te dicta sunt, à me honores & dona consequeris, vt qui benevolum in deos & in nos animum ostenderis. Imperator autem iussit cum venire cum eo, quo par erat, honore.

Cùm is autem accessisset, dixit ei Decius: Non ego te hac ornauit dignitate, te exercitus ductorem constituens coram omnibus meis principibus, propterè quod Dm voluntate à te vatum fuerit prælium? Quomodo autem meum honorem nihil dicens, acceperisti modum quendam malignitatis, & vis meos honores nihil pendere, deos non adorans, sicut iam audiui ab aliquibus? Generosus aut Christi miles cum conuenienter ei, quod dicit Apostolus, veterem exuisset hominem cum suis actionibus, induit nouum, qui est creatus secundum Deum per baptismum, & confidenter ei dixit: A me tolle hunc tuum honorem. Ego enim non, vt arbitror, ad id vénire debito, qui barbaros in bello vicerim per Dominum meum Iesum Christum. Sed ad cipe quæ à te, vt dixisti, mihi data sunt. Nudus enim egressus sum ex utero matris meae, nudus etiam reuertar in illum mundum.

Cùm itaque exuisset lenam, & soluisset zonam, iecit ad pedes Imperatoris, clausus

mans & dicens: Sum Christianus: audite omnes, sum Christianus. Decius autem si-
mul & ira valde percutit, & dicendi libertatem admiratus, eiusque pulchritudine &
magnitudine obstupescens, iussit eum conjici in custodiam, dicens: Hic homo non
consideravit nec intellexit honorem. Sed si senserit probrum & ignominiam, puto
fore, vt eum ad piam traducam cogitationem. Cum is autem abducatur in custo-
diam, letabatur martyr & exultabat, Deum laudans & gloriam ei tribuens. Nocte
autem illa Angelus Domini ei apparuit, dicens: Confide Mercurio, & ne timeas. Cre-
de in Dominum, quem es confessus. Ipse enim potest te redimere ex omni afflictio-
ne. Visione autem Angeli validè fuit confirmatus.

Die vero sequenti cum præsedisset Imperator in tribunali, iussit eum sisti, & dicit Cap. 7.
ei: Hie honor te decet propter tuum pessimum animum. Dixit martyr: Me decet
hie honor, accepisti enim ea, quæ prætereunt: pro ijs autem accipiam, quæ perma-
nent in eternum. Dixit Imperator: Dic mihi genus tuum & patriam. Dixit Mer-
curius: Si vis scire genus meum & patriam, dicam tibi: Pater meus vocabatur Gordia-
nus, Scythagenere: militabat vero in legione Martenium. Patria autem mea, ad quam
propero, est caelestis Hierusalem, quæ est ciuitas Regis caelestis. Dixit autem Decius:
Hoc ne nomine vocatus es à parætibus, an in exercitu appellatus fuisti Mercurius? Di-
xit martyr: Militia à tribuno vocatus sum Mercurius. Dixit Imperator: Cur non fa-
cis scutum sicut omnis hominibus, & deos adoras, priorem tuum honorem
recipiens? manus' ne mori in tormentis? Dic citò, sciens te esse vocatum propterea.
Dixit Mercurius: Ego, vt dixisti, id est veni, vt te vincere, & diabolum omnis vitij in-
uentorem: & coronam victoriae accipiam ab agono thetra Iesu Christo Domino meo.
Noli ergo tardare nec differre: sed in me imple, quæ tibi veniunt in mentem. Habeo
enim loricam fidei & clypeum, per quæ vincam omnem inuentionem, quæ aduersus
me excoxitata & mota fuerit.

Tunc dixit Imperator ira plenus: Quoniam dicas te habere loricam fidei & cly-
peum, jubeo te nudum extendi ad quatuor palos, & sublimem tolli à terra. Cum Extenditur
hoc autem factum esset, dicit Imperator: Vbi sunt arma tua bellica? Per Iouem ma-
ximum deorum valde fuisti extensus. Sanctus autem Mercurius in celum adspiciens,
dixit: Domine Iesu Christe, fer opem seruo tuo. Rursus iussit Imperator acuto gla-
dio scindi eius corpus, & postea ignem substerni, vt ipse paulatim vreretur. Sanguinis Corpus eius
autem multitudo rogas fuit extinxetus. Sanctus vero fortis & generoso animo cerebat
hoc tormentum. Decius autem iussit eum solui, nè ciuitas moreretur, & in quadam ob-
scura domo tutò includi. Eum itaque portantes, proiecerunt in domunculam, quæ
paruum habebat respirationem, existimantes fore vt paulopòt moreretur. Illa au-
tem nocte ei apparuit angelus Domini, dicens: Pax tibi, generose athleta: & eum red-
dit sanum, curas vulnus eius corporis, adeò vt surgeret, & gloriam redderet Deo,
qui ei apparuerat.

Rursus ergo Decius iussit eum sisti: & cum eum vidisset, dixit: Qui mortuus fuit à Cap. 9.
nobis ablatus, quomodo nunc per se ambulat? fortè nec vibicem quidem habet in
suo corpore. Iussit autem satellitibus, vt viderent. Illi vero ei dicunt: Per diuinissi-
mam tuam pietatem, corpus habet adeò delicatum, & omni macula vacuum, perinde
ad eum ne fuisset quidem tactum. Dixit Decius: Est omnino dicturus, Christus meus
me curauit. Neminem introduxit, qui eum curaret in custodia? Illi autem ei dixe-
runt: Per vestram potentiam, quæ regit vniuersum orbem terræ, nemo eum ne adspe-
xit quidem, putabamus enim eum esse moriturum. Quomodo autem sanus & va-
lens nunc assit, nescimus. Dixit Imperator: Videte artem magicanam Christiano-
rum. Qui heri quidem putabatur esse mortuus, hodiè adstat sanus. Iratus itaque dixit
ei: Quis te curauit? dic cum veritate. Nam sine præstigijs & arte magica non puto te
fuisse curatum. Dixit sanctus Mercurius: Sicut prius dixisti nolens, Dominus noster
Iesus Christus, verus medicus animalium & corporum, ipse me curauit. Veneficos
autem, & incantatores, & sortibus diuinantes simul cum ijs, qui adorant simulacra,
abdicat eosque vinculis ligatos, tradit igni gehennæ, propterea quod non agnoue-
runt verum Deum, qui fecit ipsos. Dixit Imperator: Corpus tuum rursus consumam
supplicijs. Videamus autem, an te curet Christus tuus, quem confiteris. Dixit Mer-
curius: Credo in Dominum meum Iesum Christum, quod quæcumque mihi intule-
ris supplicia, non potes me iniuria afficere. Ipse enim dixit: Nolite timere eos, qui Matt. 10.
corpus occidunt: animam autem non possunt occidere: sed eum timere potius, qui

NOVEMBER.

616

potest animam & corpus perdere in gehenna: qui post mortem me rursus suscitabit in terribili die iusti iudicij.

Cum autem torqueretur & viceretur generosus Martyr, pro nidore suavis quidam odor aromatum manabat ex eius corpore. Cum is vero fuisset cruciatus, & ne ingemisset quidem, dixit Decius: Vbi est tuus medicus? Nunc veniat, & te curet. Dixit enim, quod etiam post mortem potest te suscitare. Dixit sanctus Mercurius: Fac, quod velis. Habet potestatem corporis mei, anima autem Deus. Nam etsi corpus meum interierit, permanet anima mea, in quam non cadit interitus. Rursus iubet Imperator eum suspendi praecepit, & eius collo alligari grauiissimum lapidem: ut à lapide fuisse focatus, citò moreretur. In gratia autem Domini confirmatus martyr, longo tempore mansit in tormento. Cum vidisset vero Decius eum forti & magno animo resistere tormentis, & nihil graue eum tangere, iussit quidem lapidem deuolui ab eius collasse, afferriri autem flagellum ari alligatum, & eum tandem flagellari, donec eius sanguinem impleret. Ille autem planè adamas, persistit se fortiter gerens, & dicens: Ago bigratiis Domine, quod me pro tuo nomine dignatus sis flagris cædi.

Cum autem cognouisset Imperator eum esse planè immobilem, & persuadere non posse, ut à sua dimoueretur fententia, conuocato concilio, (properabat enim Roman) tulit in eum sententiam, dicens: Mercurium, qui deos nihil fecit, & venerandum decretum nostrę mansuetudinis nihili putauit, iubet pia nostra potentia dic in regionem Cappadocum, & ei caput amputari ad exemplum multorum. Nam quicunque resistit Imperatori, post multa tormenta subiicietur gladij supplicio. Cum itaque eum accepissent ijs, quibus fuerat mandatum, duxerunt animal, & portaverunt eum, impoluerunt vincitum utrinque validè. erat enim corpus martyris admodum dissolutum. Et venientes in diuersorium, cum sensim deponentes, faciebant quicquid. Sicque cum paucis diebus longum iter consecrissent, venerunt Cæfaram. Ad eum autem accedens Dominus, dixit: Mercuri, ades dum & quiesce. Cursum consummasti, fidem seruasti, accipe coronam tuae decertationis. Constitutum enim est, ut tu hic consummeris. Martyr autem Seruatoris visione corroboratus, dicit ijs, qui erant cum ipso: Facite quod vobis fuit imperatum, nihil cunctantes. Dominus autem, qui vocat omnes ad pœnitentiam, vos quoquā sua gratia dignabitur. Nam cum sit diu, affatim donat bona sua ijs, qui accedunt. Hæc cum dixisset, caput fuit ei amputatum, consummatusque fuit in confessione Seruatoris nostri Dei.

Factum est autem, quod preter opinionem est, Dei miraculum mensis Nonembrit vicelimo quinto: Post eius consummationem factum est corpus martyris album sic ut nix, emittens suauem odorem vnguentorum & suffitum: & propter hoc signum multi facti sunt Christiani. Deposuerunt autem sanctum in loco insigni, vbi sunt multæ curationes ad gloriam Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi, simul cum sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI PORTIANI ABBATIS
AVTHORE GREGORIO TURONENSI
De vita Patrum, Cap. 5.

24. Nouēb.

Psal. 112.

1. Reg. 2.

Luc. 1.
Matt. 20.

VLTA omnipotens Deus suo dicatis nomine indulget, multamque eidem pro fidelī seruicio benignitatis operi compenfat, magna quidem se pollicens redditum in celo, sed que accepturi sunt, plerunquè declarans in secreto. Nam sapientius de seruis liberos, de liberis efficit gloriosos, iuxta illud Psalmographi dictum: Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus populi sui. De hoc & Anna Helenæ ait: Repleti prius, pro pane se locauerunt, & famelicaturati sunt. Ex hoc & ipsa Redemptoris nostri genitrix virgo Maria dicebat: Depositus potentes de sede, & exaltavit humiles. Sic & Dominus in Euangeliō ait: Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Illicit ergo amore suo diuina misericordia inopem, ut de partuis magnos starat, ac de infirmis vnigeniti sui faciat cohæredes. Praefecit enim de hac mundana ege-



state in celo, quod scandere non potuit terrenum Imperium, ut accedat illuc rusticus, quod accedere non meruit purpuratus. Sic nunc dicendum de beato Portiano Abbatore, quem non modo de onere mundani seruitij eruit, verum etiam magnis virtutibus sublimauit, atque post motum & pressuras seculi, in requie aeterna constituit, locatus uirque eum inter Angelorum choros, de quibus expulsus est dominus ille terrenus.

Beatisimus igitur Portianus ab ineunte aetate Deum querere celi semper etiam inter terrena seruitia conabatur. Hic enim seruus fuit cuiusdam barbari. Is cum plerisque ad monasterium configueret, ut eum domino suo Abbas redderet exultatum, ad extreum fugientem aliquando dominus eum de vestigio sequitur, & Abbatem calumniari coepit, imputans quod ipse eum seduceret, ne sibi suis famulis deferiret. Cumque de consuetudine, ut eum redderet, calumniando Abbatem infisteret, dicit Abbas Portiano: Quid vis, ut faciam? Et ille: Redde, inquit, me excusatum. Cumque exfatuus redditus fuisset, & dominus eius reducere eum domum velle, ita cecatus est, ut nihil penitus posset cognoscere. Cernens autem se grauibus doloribus affici, Abbatem vocat, dicens: Supplica, queso, pro me Dominum, & accipe hunc seruum ad eius cultum: forsitan promerebor recipere lumen amissum. Tunc Abbas vocato beato ait: Impone, queso, manus tuas super oculos eius. Cumque ille refutaret, tandem Abbas deuictus precibus, super oculos domini sui signum beatitudinis Crucis impostruit: statimque disrupta caligine, & sedato dolore, pristinae redditus est sanitarium.

At vero exinde beatus Portianus clericus factus, tanto virtutis cumulo est praelatus, ut decedente Abbatore, ipse succederet. Qui fuit in tempore, cum ardor solis vi caloris sui cuncta confumeret, & etiam corpora, quae robustiora potu ciborum erant, asperguntur, in ieiuniis post perditum omnem ab ore humorem, salem astuans ruminasse. Ex quo iterum assumpto liquore, arentes gingivam parvum reficeret quodque, quanquam palatum aridum humectaret, tamen maius tormentum addita corpori siti praefabat. Sal enim, ut nulli occulitur, magis ardorem sitis concitat, quam extinguat. Sed hic, tribuente Domino, arcebat ab eo.

His diebus Thodoricus ingressus Aruernum terminum, omnia exterminabat, Theodoricus cuncta deuastabat. Cumque in Arconensis vici pratis castram raffasset, antedictus rex ad occursum eius properat, quasi pro populo rogaturus. Ingressusque castra manus, Rege adhuc in tentorij dormiente, Siginaldi papilionem, qui tunc primus cum eo habebatur, aggressus est: & dum de hac captiuitate conqueritur, Siginaldus, ut ablitis aqua manibus merum dignaretur accipere deprecatur, dicens: Magnum mihi hodie gaudium comedumque diuina pietas praefat, si intra tentorij mei septa, facta oratione, potum dignaris accipere. Audiērat enim famam sanctitatis eius: idcirco & honorem ei pro Dei reuerentia impendebat. Qui se diversis modis excusans, afferbat hoc non posse fieri, quia nec hora debita esset, nec Regi dignum prebuiisset occursum, & quod his omnibus potius erat, necdum ipse Domino psalmorum decantationem debitam exoluisset. Sed his sepositis, vi eum compulit, allatumque vasculum, quo potio tenebatur, rogat ut sanctus, imposita prius manu, sanctificaret. Qui eleuata dextera cum signum Crucis imposuit, vasculum scindit medium, ac vim, quod intrà tenebatur, cum immenso serpente terra diffundit. Quod cernen-tes qui aderant, metu exterriti, ad pedes beati viri decidunt, lambunt vestigia, osculan-tur & plantas: mirantur omnes virtutem senis, mirantur & se ab iniqui anguis viru diuinisque fuisse saluatos. Ad istud miraculum concurrit omnis exercitus, vallat multitudine omnis beatum virum, cupiens eius fimbrias manu tangere, si osculo honora-re non poterat. Et Rex exilit de stratu suo, accurritq; ad beati confessoris aduentum, illoque tacente, cunctos, quos repetebat, capriuus absoluīt, & reliquos deinceps, ut voluit, sic tractauit. Duplex ibi beneficium, Domino cooperante, largitum est: nam & illos a morte eruit, & hos a iugo captiuitatis exmit.

Nec preterire volui, quod cum diabolus diuersis machinis conatus illudere, cum videbatur nihil ei posse nocere, visibilibus eum praelitis est aggressus. Nam nocte quadam dum se sopori dedisset, subito exergefactus, vidit cellulam suam quasi incendio concremari, exurgensque perterritus ostium petiit. Quod cum referare nequiret, in oratione prosteretur, signum salutare coram se, & circum se faciens, ac protinus phantasia flammarum, que apparuerat, euauit, cognovitque hoc diaboli fuisse faciam. Id statim reuelarum est beato Prothasio, qui tunc apud Candidobrense mo-

S. Portiani
conditio.

Signo Crucis illuminatæ cum heru suum.

Nota rem
memorabi-
lem.

Diabolus ei
molestias
exhibet.

Vi S. Crucis
enervat illū
vir Dei.

NOVEMBER

613

nasterium habebatur reclusus. Qui cum summa festinatione monachum ex cellula sua ad fratrem dirigens, ihortatus est, dicens: Oportet te, dilectissime frater, infidibus diabolis resistere viriliter, & nihil de eius dolositate pauescere: sed omnia, que intulerit, oratione assida, ac signo Crucis econtrà apposito euincere, quia talibus semper tentationibus seruos Dei nititur expugnare.

Migrat ad Dominum. Senuit autem vir beatus, & impleto boni operis cursu, migravit ad Dominum. Cuius nunc tumulus saepius diuinis glorificatur virtutibus. Hac tantum de sancto vero cognovimus, non dijudicantes alios, qui maiora de eo cognoverunt, si voluerint aliqua in eius laudem conscribere.

DE SANCTO ROMANO BVRDEGALENS
PRESBYTERO, EX DIVI GREGORII TURONENSIS
Archiepiscopi *De gloria Confessorum Cap. 46.*

24. Nouēb.



ABETVR in hoc territorio & sanctus Romanus Presbyter, quem, ut scripta vita eius edocet, Martinus nosse sepulcrum locauit. Est autem sepulcrum eius contignum Blauensi castello, super litus amnis Garonnae, in quo saepe naufragio perituri, virtute eius saluati sunt, proclamantes inter fluctus torrentis vndosi: Misericordia nostra, sancte Romane Confessor Dei. Mox enim, sedata tempestate, optato litore potiti sunt. Nec enim fas est, illam perire naufragio, qui eius basilica amnis de medio contemplari meruerit. Quod & nos in grandi necessitate experti sumus. Nam cum imber creberrimus permulcet defluens dies, amnum Garonnam extra litora cieccisset, atque impellente vento validis fluctibus exundaret, eleuarenturque fluctuum montes validi, qui non parum intentibus ingererent metum, exoratus beatus Confessor obtinuit, sicut credimus, virtutis sua suffragio, ut compressis fragoribus, planum præberet flumen alicum. Et sic ingressi nauem, ad ripam alteram sine periculo sumus deuenisti.

INVENTIO ET TRANSLATIO CLARISSIMI MARTYRIS S. GEREONIS, A RVDOLPHO
Abbate sancti Trudonis conscripta anno Domini
1121, aut circiter.

Nouēb. 24.



V D O L P H V S gratia Dei id, quod est, omnibus famorum martyrum pie amplectentibus memoriam, famorum martyrum consortium. Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo vicesimoprimo, turbatus iam ante per aliquot annos Ecclesia & regno sub Imperatore Henrico, cuius pater Henricus Leodij obiit: multo Episcoporum & Abbarum, & de omni ordine & gradu clerici & monachi expulsi a suis sedibus, hac illaque ferebantur, propter communionem Imperatoris, quam vite luctus II. fecutus in eum sententias prædecessori suorum Gelatij atque Paschalis. Hac tempestate, eademque de causa, coquè maximè, qui Friderici Leodiensem Episcopi electioni & consecrationi fueram, expulsus sum & ego de coenobio beati Trudonis * Idus Aprilis, quarta feria Dominicæ resurrectionis cum in eo indignus præsedisset duodecim iam annos, & duos menses, & ut puto, dies quatuordecim. Suffceptusque sum eodem anno misericorditer a domino Archiepiscopo Colonensi Friderico, eiusdemque Ecclesiæ studio, & fratribus electione positus sum Abbas in coenobio beati Pantaleonis extra muros ciuitatis octavo Idus Septembri, cum iam vacasset à quarto Calendas Ianuarij.

Net

* Videtur deesse numerus, aut certè Idibus legendum.

Nec multò pòst subsequētibus diebus, petente quodam Dei seruo & prædicatore magnō Nortberto vnum de corporibus martyrum Thebæorum, qui iacent in monasterio sancti Gereonis: apertum est vnius eorum sepulcrum in eodem monasterio, iuxta medium pilarum ad meridianam plagam, præsentibus tota nocte ad vigilias & ad fodiendum religiosis clericis, & monachis, atque Abbatibus, cum omni obsequio & reverentia atque deuotione. Inter quos & ego peccator mandatus adfui. Eleuato ergo superiore lapide de sarcophago, post ostantegos & aliquot plures annos martyrum Thebæorum, inuentū est in eo corpus magnū, per scapulas amplum, per pectus & brachia torosum, indutum chlamyde militari coloris purpurei: qua ampla vtrinque vestis appendebat vsque subter genua eius quasi tribus digitis, genus pallæ non ignobilis. Super eam aliam habebat vestem breviorem, ignoram quidem nobis nomine, sed cognitam filo serico, & colore nobilioris purpuræ. Subrū ad carnem nihilominus vestis serica, albi maximè coloris, sed tamen subrubea. Corpus totum intactum adhuc videbatur à mento, quod tantum de capite supercerat, vñq; ad pedes, indissoluta adhuc superficie vestium, caligarum atque calceorum. Nam vt conijcere verius potuimus, sic eas pertransierat inter caput & mentum persecutoris gladius. Pars tantum illa, vbi ventris molliities fuerat, aliquantulūm, modestè tamen subsecat: rat: quam vñs subsecuta, indissoluta permanserat. Tali suppressione, pectus & ossa femorum videbantur magis turgere. Supra pectus illius, signum Dominiæ Crucis inuentum est de aurifrigio factum, sicut considerari potuit, submicanibus adhuc in eo auri metalli scintillulis. Aurifrigij longitudine penè vñs pedis extiterat, latitudine vix vñs digiti.

Monasteriā
S. Gereonis,
hodiē colle-
gium Cano-
nicorum.

A geniis eius vsque ad pedes, tibiæ ex directo & integro decenter compositæ, habentes adhuc caligas integras de palla, rotundis floribus ad modum oculorum caudapionis circunquaquè distinctis. In ipsis subtalaribus iuncti sicut prima die, & à talo sursum erexit pedes adhuc continebantur: & quantum ad superficiem vestis, nihil de toto corpore videri poterat, quod adhuc corruptum siue commotum vñquam fuisset. Sub vestibus tamen, sicut postea exitus probauit, ipsa caro iam prorsus in cinerem resoluta fuerat cum ossibus, exceptis paucis de maioribus: sed fauillæ superextantis incomora integritas, carnis quoquè integritatè oculis admirantium figurabar. Quàm gloriosum erat, videre magnanimi militis Christi venustam formam, magnificeque vestitam, & quasi viuentis adhuc viribus plenam: cuius caput si sub simili corporis incorruptione adesset, dormire eum potius, quàm mortuum, crederes. Ad caput eius cæspes erat gramineus locatus, à capite vsque ad cingulum, ab viraque parte laterum, inter corpus eius & sarcophagum. Qui cæspes, immò qui cæspites (nam plures fuerant) sanguinei toti adhuc erant, sicut perfusi in terra fuerat fluente sanguine martyris, quandò percussus in terram cecidit.

Nota de in-
uerto corpo-
re.

Sed & in aliorum trium martyrum sarcophagi, hac occasione apertis, eadem magnalia Dei vidimus. Pili herbarum in ipsis cæspitibus adhuc rigebant, siccii tamen, sed concreto sanguine integri & rubei tenebantur. Testes mihi sunt ipsi martyres, quia propria, sed indigna, manu tenui, oculis proprijs adspexi, & alijs videre porrexii, ipsi quoquè domino Episcopo assidenti, multumq; præ gaudio & deuotione lachrymanti. O quantum studium, quantus Christi amor, quanta deuotio fidelium tunc temporis Christianorum, qui in tanta persecutione nec ipsis sanguineos cæspites tollere neglexerunt. Quid moror? Ista nocturnis horis acta sunt, sub magna quidem religiosorum virorum & fletu & cantu. Manè facta, cùm res tam gloria & desiderabilis audita fuisset à ciuibus, & ostensa pluribus illorum, (nam apertum tantum sarcophagum palla tantum tegebatur) tota ciuitas statim infremuit, clamantes se malle mori, quàm tanto thefauro, tanto patrono priuari. Erant etiam inter eos, qui corpus iunctum, ipsum esse sanctum Gereonem dicebant, propter habitus venustatem & corporis formositatem. Vandè maior & maior siebat tumultus in populo, contradicebaturque ab omnibus domino Nortberto. Vix tandem sedatus est tumultus, Præposito sanctæ Mariæ Theodorico de Gradibus pulpitum ascendentem, & populum mitigante, & quòd rei huius consilium esset differendum, promittente, vñque ad presentiam domini Archiepiscopi. Tunc nihilominus ad satisfaciendum populo, decretum est à maioribus, vt sepulcrum lapide superposito clauderetur, considerata prius diligenter integritate corporis à fidelibus, nè quid furio de eo tolleretur. Acta

Vide res ad-
mirandas.

Obserua le-
ctor prisco-
ri Christiani-
norū deuo-
tionem.

Sarcophagum dicit
neutro ge-
nere.

funt hæc tertio Idus Octobris, anno supradicto Dominicæ incarnationis. Interè die & nocte usque octauum Calendas Decembris cum magna deuotione & multo lumine sepulcrum custodiebatur, die circumsedentibus cum psalmodia electis ad hoc eiusdem ecclesiæ aliquibus clericis, nocte vigilantibus nihilominus cum psalmodia quibusdam alijs, interdumque iuuantibus eos fratribus de sanctis Apostolis.

Igitur post aliquot ita interlapsos dies, ostanto, vt diximus, Calendas Decembris vocatus adfuit dominus Archiepiscopus, Abbates, Praepositi & omnes congregati ones ciuitatis: populus vero innumerabilis. Magna reverentia, magnisque laudibus secundò apertum est sepulcrum, & integrum repræsentatum corpus sanctum: tamen ex magni lapidis concusione caro, quæ sub vestibus in fauilla versa fuerat, per plurima loca subsederat, sicut etiam in talibus solet contingere, insufo post tempora occultis corporibus nouo aere. Ponuntur duo Abbates, induti vestibus albis & stolis, vnum ad caput, alius ad pedes. Quorum vnum ego peccator, ad caput eius sedi, quanvis, vt superius dixi, de capite nihil præter mentum haberetur, sic percussoris illud absentauerat gladius. Applicuerunt se etiam alijs duo prebyle clerici sancto leuando corpori, nihilominus induti vestibus albis & stolis. Qui facti manus piè apponentes, primum vestes collegerunt, non integras, quia vetustas non patiebatur: sed per grandes & minores partes, sicut poterant diligentius. Circa sc

Multus sanguis inueniens in matris corporis rebus, & supra totum pectus, & usque ad ipsum cingulum, multus inueniebatur sanguis superglobatus, sicut abscessus capite, ex collo & venarum meatibus sparsus. Potuit emanare.

Collectæ igitur sunt diligenter omnes eius vestes, sed istæ diligenter, crasso sanguine, sed sicco, graues, & per se in scrinio uno, decenter ad hoc parato, posita reuenerent. Cum quibus & balteus eius militaris de nigro corio, inuentus & repositus est, penè vnius vlnæ lögitudinis, adhuc integras habens partes. A sinistro latere, iuxta latus eius & balteum, inuentus est nodus ferreus ad modum oui, rubigine propè consumptus: quem capulum gladii eius fuisse credimus: sed de gladio fractum nullum inuenimus. Diligenter tamen postea quidam attendentes, in ipsis partibus reliquiarum, quas inde exorauerant, particulas ferri mihi protestati sunt le inuenisse. Subtalares, magnis partibus integras, eodem scrinio reconditi sunt. Caliga prorsus in cinere resoluta. At vbi suscepimus vestibus, ad carnem & ossa colligenda venti, vix de ipsis ossibus, & hoc de magnis, aliquid solidum apparuit, quod prorsus in cinereum, aut in parvas particulas vetustas redegit.

Res admiratione digna.

Apoc. 7.
Ibidem.
for. * pulue rem
Fererrū, pro theca.

Mira res, & valde gloriofa. Testor ipsis sanctos martyres, testor & ipsam sanctam multitudinem religiosorum virorum, qui diutius hoc viderunt: Totus cinis carnis & ossium, quasi calx nouiter fusa, cædebat per totum sarcophagum. O quoties ibi cattatum cum multis lacrymis fuit, Et in sanguine agni lauerunt stolas suas. O quoties ibi repetitum, Lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Tandem collectus est cinis, & cæspes simul sanguineus, & ipse in * puluere, sed terrei atque subrubri corolis, propter sanguinem resolutus: suscepimusq; in munda palla & preciosa,

in alio scrinio maiore receditus est. Tunc eleuatis utrique scrinis, multa oblata sunt argenteam: deinde singuli quique, prout deuotionem habebant. Atq; est etiam processio magna die illa circa claustrum & circa monasterium, pulsantibus signis, & cantibus clericis & monachis, laicisq; Teutonicis in concrepationibus suis. Qua processione finita, & sanctis reliquijs in loculis suis super altare in medio monasterij collocatis, Missa de eiusdem sanctæ legionis martyribus incepta est, & iubente domino Archiepiscopo, à me peccatore cantata. Ante Canonem vero, finito Euangeliō, dominus Archiepiscopus sermonem fecit ad populum de ijs, quæ tunc præ oculis habentur & manibus, & quæ ad salutem animarum pertinebant, de sanctis Thebæis martyribus. Finitaque Missa, dimissus est populus cum lætitia magna.

Ex huius sancti martyris reliquijs, cura & deuotio fratri nostri Ebererti postea parates aliquas nostro intereruenti impetravit à Praeposito eiusdem monasterij Hermanno, cuius studio & deuotione reuelatum corpus translatum fuit. Reliquia autem haec sunt: De veste illa subtiliori, quam ad carnem suam habuit indutam. De balteo eius militari, qui circa lumbos eius inuentus est, nigrj corij. De ferro, vt videbatur, eius gladij, confuso cum sanguine, & cineribus vestium, & corporis illius: vbi quasi in media vagina ferrum adhuc patenter sublucere videtur. De sanguine eius concreto cum

cum puluere carnis & ossium eius. Cum adhuc per se iacéret, similimus erat calcis nouæ, aut farinæ candidæ. Postquam verò collectæ sunt partes vestium, quæ integrè colligipotuerunt, & ossa, quæ penitus resoluta non fuerunt, cetera omnia in uno puluere collectæ sunt: hoc est, puluis sanguinci caspitis, puluis ossium, puluis carnis, puluis vestium. Quæ omnia simul confusa, album quoquè illum colorem confuderunt.

Hæc idè tam diligenter exprimimus, quia puluerem carnis & ossium, colorem calcis nouiter fusæ diximus habere: vt cum alijs color in isto puluere inuictus fuerit, nemo tamen dubitet, quin de vera carne & ossibus eius sit: immo simul quoquè de sanguineis caspitiis, atque de eius simul vestibus. Has scilicet reliquias cum mihi frater Ecbertus allatas repræsentâset, recognoui eas, sicut ante in sepulcro videram: & ex eaurum præsentium occasione ordinem inuentionis, sicut hic legitur, aggressus sum fideliter describere, secundum quod vidi, & manibus propriis, licet indignus, tra-
dui. Itaque prius eas vobis per eundem fratrem misi, transferendas in ecclesiam be-
ate Mariae in Dunc: quatenus in hoc nostro scripto, & ex earum præsenti contempla-
tione nulli modò, vel in posterum dubium sit, quòd ex corpore martyris de sancta
legione Thebaeorum martyrum sumptæ sunt. Hortamus ergò & rogamus, atque
principius, vt fratres nostri, qui morabuntur in Dunc, diem festū martyrij eorum in
die S. Geronis cum duodecim lectionibus amodo agant, & diem aduentus istarum
ad eos reliquiarum. Hæc ego peccator Rudolphus, fratres mei & filij charissimi, qui
estis in cœnobio beati Trudonis in Hasbania, scripsi vobis de cœnobio beati Panta-
leonis iuxta Coloniam.

MARTYRIVM SANCTI PETRI EPISCOPI

ALEXANDRINI, VT HABETVR IN MS. CODICIBVS,

interpretæ, nisi fallor, Anastasio Bibliotecario, qui alicubi testatur se

transluisse passionem præcipui doctoris & martyris

Petri, Alexandriæ urbis Pa-
triarchæ.

AD corrobora corda credentium, & mentes fidelium 25. Novem-
confirmandas, omnipotens Deus dignum pastorem bea-
rum Petrum plebis suæ Episcopum ordinavit. Hic per
doctrinam suam multos ab idolorum cultura separans, cu habet 26.
Christi Ecclesiæ sociabat. Audiens igitur Maximinus, Cap. I.
quid multi per eum à démoni simulacris segregaren-
tur, & in Christi nomine baptizarentur, furore cōmotus,
statim destinavit tribunum quendam ad ciuitatem Ale-
xandrinam, qui cum comprehendenderet. Accepta itaque
tribunus autoritate, cum suis militibus ad urbem supe-
rius memoratam perrexit. In quam ingressus, reperit be-
atissimum Petrum cum ingenti Christianorum multitudine & sanctorū commemo-
rationem celebrantem. Quem statim comprehendens, vinculis alligauit, & custodi-
endum carceri deputauit, damnauitque compedium mortifera ruina. Hoc videntes legit Ado.
Latinæ Mar-
tyrologia
en dum carceri deputauit, damnauitque compedium mortifera ruina. Hoc videntes legit Ado.
Christiani, in lamentationem maximam contuleri, vñā cum suo pastore in custodia Alexan-
drini permanebant. Non enim patiebantur, vt salutis docto, mali aliquid paterē. Episcopum ergo
carceris permanebant. Non enim patiebantur, vt salutis docto, mali aliquid paterē. Episcopum ergo
memoratam perrexit. In quam ingressus, reperit be-
atissimum Petrum cum ingenti Christianorum multitudine & sanctorū commemo-
rationem celebrantem. Quem statim comprehendens, vinculis alligauit, & custodi-
endum carceri deputauit, damnauitque compedium mortifera ruina. Hoc videntes legit Ado.
Christiani, in lamentationem maximam contuleri, vñā cum suo pastore in custodia Alexan-
drini permanebant. Non enim patiebantur, vt salutis docto, mali aliquid paterē. Episcopum ergo
carceris permanebant. Non enim patiebantur, vt salutis docto, mali aliquid paterē. Episcopum ergo
memoratam perrexit. In quam ingressus, reperit be-
atissimum Petrum cum ingenti Christianorum multitudine & sanctorū commemo-
rationem celebrantem. Quem statim comprehendens, vinculis alligauit, & custodi-
endum carceri deputauit, damnauitque compedium mortifera ruina. Hoc videntes legit Ado.
Christiani, in lamentationem maximam contuleri, vñā cum suo pastore in custodia Alexan-
drini permanebant. Non enim patiebantur, vt salutis docto, mali aliquid paterē. Episcopum ergo
carceris permanebant. Non enim patiebantur, vt salutis docto, mali aliquid paterē. Episcopum ergo
memoratam perrexit. In quam ingressus, reperit be-

Audiens tribunus hos sermones, & videns non tantum populos diuersæ etatis, sed Cap. 2.
etiam illustres viros, monachos quoquè religiosos ac virgines, in custodia carceris
permanere cum sancto viro, agebat silentio moderatè, qualiter beatum Petrum sine
vilius sanguinis effusione foris eiectum percuteret, sicut & Maximini tyrani sententia
mani.

RIUS

DOC ERC VIII